Fragmentarium

asaia primogenitus et filii eius. De filiis autem
zara ieuhel et fratres eorum [illegible] nonaginta.
De filiis beniamin ſalo filius moſolam filii
odoia filii aſana. Et iobania filius ieroam et
ela filius ozi filii mochori. et moſollam filii ſapha-
tie filii rahuhel filii iebanie et fratres eorum per fami-
lias ſuas nongenti quinquaginta ſex. Omnes
hi principes cognationum ſuarum per domos pa-
trum ſuorum. De ſacerdotibus autem ioiada.
ioiarib. et iachim. Azarias quoque filius helcie
filii moſollam. filii ſadoch. filii maraioth. filii achitob
pontifex domus dei. Porro adaias filius hieroam
filii phaſor. filii melchia. et maaſia filius adihel
filii iezra filii moſollam. filii moſellamoth. filii
emmer. fratres quoque eorum principes per familias
ſuas mille ſeptingenti ſeptuaginta fortiſſimi ro-
bore ad faciendum opus miniſterii in domo domini.
De leuitis autem. ſemeia filius aſſub et filii ezrican
filii aſebui de filiis merari. Bacbacar quoque car-
pentarius. et gaal. et mathania filius micha.
filii zechri. filii aſaph. Et obdias filius ſemeie
filii calaal. filii idithun. et barachia filius aſa. filii
helchana. qui habitauit in atriis netophati. Ianu-
tores autem ſellum et acum. et thelmon. et achi-
man. et fratres eorum ſellum princeps uſque ad illud
tempus in porta regis ad orientem. Obſeruabant
per uices ſuas de filiis leui. Sellum uero filius chore
filii abiaſaph. filii chore cum fratribus ſuis. et do-
mum patris ſui. Hi ſunt chorite ſuper opera mi-
niſterii cuſtodes ueſtibulorum tabernaculi. et
familie eorum. per uices caſtrorum domini cuſtodi-
entes introitum. Finees autem filius eleazar
erat dux eorum coram domino. Porro zacha-
rias filius moſollamia ianitor porte taberna-
culi teſtimonii. Omnes hi electi in oſtiarios
per portas ducenti duodecim. et deſcripti in uil-
lis propriis. Quos conſtituerunt dauid et
ſamuhel uidens in fide ſua tam ipſos quam
filios eorum. in oſtiis domus domini. et in taber-
naculo uicibus ſuis. Per quattuor uentos erant

ad aquilonem. et ad auſtrum. Fr[illegible] eorum
in uiculis morabantur. et ueniebant in ſabbatis
ſuis. de tempore uſque ad tempus. His quattuor
leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum.
et erant ſuper exedras et theſauros domus domini.
Per girum quoque templi domini morabantur in cuſtodiis
ſuis. ut cum tempus fuiſſet. ipſi mane aperirent
fores. De horum genere erant et ſuper uaſa mini-
ſterii. ad numerum enim et inferebantur uaſa.
et efferebantur de ipſis. et qui credita habebant
utenſilia ſanctuarii. preerant ſimile et uino et oleo.
et thuri et aromatibus. Filii autem ſacerdotum
unguenta ex aromatibus conficiebant. et mata-
thias leuites primogenitus ſellum corithe. prefectus
erat eorum que in ſartagine frigebantur. Porro de
filiis caath fratribus eorum ſuper panes erant propo-
ſitionis. ut ſemper nouos per ſingula ſabbata pre-
pararent. Hi ſunt principes cantorum per familias
leuitarum qui in exedris morabantur. ita ut die
et nocte iugiter ſuo miniſterio deſeruirent. Ca-
pita leuitarum per familias ſuas principes man-
ſerunt in hierusalem. In gabaon autem commorati
ſunt. Pater gabaon iahihel. et nomen uxoris eius
maacha. filius primogenitus eius abdon et ſur.
et cis. et baal. et ner. et nadab. gedor quoque et haio
et zacharias et macelloth. Porro macelloth ge-
nuit ſemmaa. Iſti habitauerunt e regione fra-
trum ſuorum. in hierusalem cum fratribus ſuis. Ner
autem genuit cis. et cis genuit ſaul. et ſaul
genuit ionatham et melchiſue. et abinadab. et
hiſbaal. filius autem ionathan miribaal. et mi-
ribaal genuit micha. Porro filii micha phiton
et malech et thara. Ahaz autem genuit iara.
et iara genuit alamath et azmoth. et zamri.
genuit mooſa. mooſa uero genuit baana. Cuius
filius raphala. genuit eleſa. de quo ortus eſt
eſel. Porro eſel ſex filios habuit his nominibus.
ezricam. bocru. hiſmahel. ſaria. obdia. anon.
hi filii eſel. Philiſthim autem pugnabant contra X
iſrael. fugeruntque uiri iſrael paleſtinos. et ceciderunt

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/94, Fol. [1]v – Bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-w3rr/6727/56557)